19. Et Judith voyant Holoferne assis sous son pavillon, qui était de pourpre en broderie d'or relevé d'émeraudes et de pierres précieuses,

20. Après avoir jeté les yeux sur son visage, elle se prosterna en terre, et l'adora; et les gens d'Holoferne la relevèrent, par le commandement de leur maître.

par Judith cas, fugative fuère. (Corn. à Lap.)

(5) Ha vocatur corina sursum in conum accentum desinens, et inferius in rotundum expansa ad arcendum culicis. Ila Lyran : ζωνή enim est culex, talesque cortine lectis castrenibus et portabiliis circumdari solent. Unde Graeci habent Holoferne sedisse super lectum suum in conopeo. Itali et Galli vocant Padiglione. (Corn. à Lap.)

Ἐπὶ ζωνή, Horatius :
Interque signa (turpel) militaria
Sol aspicit conopeum.

Alexandrinus maximè eo uti at ibi Scholiastes. (Grotius.)

(4) Adoratione dulia, propter reverentiam magnitudinis, et potestatis quæ a Deo erat, quamvis Holofernes cabaliteretur, sicut homines malo communiter abundantur gratis a Domino sibi dati. (Lyranus.)

Se inelmannus prosternensque sc̄e, ei honorem reverentissimum exhibuit, hoc enim significat magnopus. Adoratio illa quam strato humi corpore impedit Holoferni Judithi, non sicut divina, sed civilis, quam si omissem, in urbana videbatur et rustica, et Assyrie majestatis contemptrix. (Vatabus.)

TRANSLATIO EX GRECO.

1. Et factum est, ut cessasset clamans ad Deum Israel, et consummavat omnia verba haec, — 2. Et surrexit a dejectione, — et vocavit ancillam suam, et descendit in domum, in qua versabatur in eā in diebus sabbatorum, et in festivitatibus suis. — 3. Et circum abstulit sacrum, quem induerat, et exiit vestimenta viduatis sua, — et circumlavil corpus aqua, et unxit unguento pingui, et discriminavit capillos capitis sui, et imposuit mitram super illud, et induit vestimenta laetitia sua, in quibus amiebatur in diebus vita viri sui Manasse. — 4. Et sumpsit sandalia in pedes suos, et circumposuit monilia, et armilla, et annulos, et inaures, et omnem ornatum suum. — Et ornata est validē in occursum oculorum hominum, quicunque viderint eam. — 5. Et dedit ancille sue aspercam vinum, et campaschem olei, et peram implevit farinis, et palathā, et panibus mundis, et circumduuplicavit omnia vasa sua, et imposuit super eam. — 6. Et exierunt ad portam civitatis Betyluna, et invenerunt insistentes super eam Oziam, et seniores civitatis, Chabrin, et Charmin. — 7. Ut autem viderunt eam (et erat mutata facies ejus) et stolam mutantam ejus, et mirati sunt super pulchritudine ejus quamplurimam validē. — Et dixerunt ei : — 8. Deus, Deus patrum nostrorum, det te in gratiam, et perficere adventiones tuas in gloriam filiorum Israel, et exaltationem Hierusalem. — 9. Et adoravit Deum, et dixit ad eos : Præcipite, aperite mihi portam civitatis, et exibo ad perfectionem verborum, quæ locuti estis mecum. Et præcepérunt juventibus aperire ei, sicut locuti fuerant. Et fecerunt sic. — 10. Et exiit Judith ipsa, et ancilla ejus cum eā. Prospectabat autem eam civi civitatis, quoadscendit montem, donec transit vallem et non ultra aspicebat eam. — 11. Et ibam in valle in reatum : et occurserunt ei exploratores Assyriorum. — 12. Et ceperunt eam et interrogaverunt

Quorum es, et unde venis, et quo vadis ? — Et dixit : Filia sum Hebreorum, et a fugio à face eorum, quoniam dandi sunt vobis in devorationem. — 13. Et ego venio ad faciem Olophernis principis virtutis vestrae ad annuntiandum verba veritatis, et ostendare ante faciem ejus viam, per quam ibit, et dominabitur universæ montanae et non dissonabit de viris ejus caro una, neque spiritus vita. — 14. Ut autem audiverunt viri verba ejus, et contemplati sunt faciem ejus, et erat ante eos admirabilis pulchritudine valde, — et dixerunt ad eam : — 15. Salvasti animam tuam, festimans descendere ad faciem domini nostri. Et nunc accede ad tabernaculum ejus, et ex nobis præmittit te, donec tradent te in manus ejus. — 16. Si autem sterteris coram eo, ne timetas corde tuo, sed annuntia secundum verba tua, et benē tibi faciet. — 17. Et elegerunt è seipsis viros centum, et adjunxerunt ei, et ancille ejus, et duxerunt eas ad tabernaculum Olophernis. — 18. Et factus est concursus in omnibus castris. Personaruerat enim in tabernaculis præsenzia ejus. Et venientes circumdabant eam, sicut stabat extra tabernaculum Olophernis ; donec annuntiaverunt ei de eā. — 19. Et mirabantur super pulchritudine ejus : et mirabantur filios Israel ex eā. — Et dixit unusquisque ad proximum suum : Quis contemnet populum hunc, qui habet in se mulieres tales ? quoniam non bonus est remanere ex eis virum unum : qui dimisi poterunt decipere omnem terram. — 20. Et exierunt, qui dormiebant juxta Olophernem, et omnes ministri ejus, et introduxerunt eam in tabernaculum. — 21. Et erat Olophernes requiescens super lectum suum in conopeo, quod erat ex purpura, et auro, et smaragdo, et lapidibus pretiosis intexit. — 22. Et annuntiaverunt ei de eā : et exiit in proscenium, et lampades argenteæ præcedentes eum. — 23. Ut autem venit ad faciem ejus Judith, et ministrorum ejus, mirati sunt omnes super pulchritudine faciei ejus. Et procidens in faciem adoravit eum : et exererunt eam servi ejus.

COMMENTARIUM.

Extremum, quod ante liberationem apud Israëlitas agit Judith, proponit capite hoc, itemque principium eorum quæ apud Assyrios. In extremo illo est finis longe, demissæ, ardentissimæque hactenius instituta precis ; deinde præparatio ad iter, tandemque ipse ex urbe abitus. Præparatio, quia cum hoste corporeo et in corporis hisce rebus totò defixa negotio futurum est ; corpora item est, earaque duplex, nam et vario cultu corpus exornat, vers. 2, 3, 4, et cibos, quibus apud gentiles vesci velit, accepit. In ipso ex urbe abitu, est ipsius admiratio, et triplex precatio, ipsorum scilicet principum, aliorum circumstantium, et ipsius Judith. Additur Graecē portarum aperio, jussu illorum facta.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Quæ Abra, toties isto libro commemorata?

Supra, cap. 8, vers. 52 : Ego eam cum abrā mēa. Hic vers. 2 : Vocavit abram suam. Vers. 5 : Imposuit abrē sue, et deinceps sepius. Putant plerique nomen esse proprium unius è Judith gynæcio ancille. Commune tamen nomen est, quod ancillam significat : non tamen quæcumque, sed, ut apud Eustathium ait Pausanias, quæ ad manum heros præstō est, quæque ad obsequia honestiora solet adhiberi. Suidas exponit : Quæ diu admodum domi versata est uxoris, puella,

et honorata, sive domi nata sit, sive non, et afferit ex Menandri Pseuderaele, et Sieyonia, quam et Stobæus, serm. 51, citat, itemque ex Jamblichio testimonio. Sed è nostris alia libris afferri possunt. Genes. 24, vers. 61 : Surgens Rebecca, et ancilla ipsius ascenderunt camelos, ubi ab Aquila μανεξα, à Symmacho ράπα ponuntur. Exodi 2, vers. 5 : Descenderat filia Pharaonis, ut lavaretur in flumine, et ancilla ipsius gradiebantur juxta flumine. Et ibidem, ciam mississ ancilam, abstatit, idemque nobis postea occurret in Esther, cap. 2, 4 et 5, apud Eusebium lib. 9 præter Evangel. Ezechielius poeta Moyses illi que in Exodi principio sunt, narrantem inducens, ait : Nata regis cum suis pedilsequis descendit. Idemque versus apud Clementem Stromate primo legitur, sed pro ἡδη; ibi parum rectè substituit doctus interpres ἡδη, et verit : Nata regis, quæ caret liberis venit, licet, ut in Exodo tradidit, verum sit, veterum quosdam huius liberos negasse. Erat verò abra ista, ut nobis Graecus cap. 5, vers. 9, aiebat : prefecta omnibus ipsius Judith facultatibus, idemque, ut ait Suidas, famula prorsis honorata. Quia verò mirantur interdum nonnulli, cur in Latinis Romanis abra sit, in aliis quibusdam abra, sciendum aspiratè leniterque id nomen, apud Graecos, scribi ; et in Graecis quidem Romanis aspirata semper, sicuti contra de

Olopherne dictum est cap. 2, quest. 4, quod nomen sicuti spiritu varium est, ita et declinatione, prout è superioribus notari jam potuit, et tamen quod moneret, dignum putavit Suidas. Addo, quia in Græcis quibusdam, expositionis causa, scriptum erat οὐτα δόδα, factum à quibusdam è duobus nominibus unum quoddam nominis monstrum Abraduli. Ubi verò nobis infra cap. 10, vers. 10, abra, Gracis est ταῦτα, famula.

QUESTIUNCULA II.

Quo hic, in cultu et victu, Romana rectè correxit editio, et quid tam ea quam alta similitudine?

Legebatur antea vers. 5: *Unxit se myro optimo, et in Rabani manuscrito, myro. Corrigit Romana editio myro optimo. Est autem myrum, πέπων, unguentum. Et ea vox in Graeco est ἔγιοντος πέπων, οὗτος unguento pingui vel crasso. Et quia id apud Plinius lib. 13, cap. 1, 2 et 3, admodum delectabat, valdeque prestans habebatur, idcirco ait noster optimum, nisi optimus quis vellet. Myrteum tamen succum et oleum ad unguenta fuisse adhibitum docet ibidem Plinius. Legebatur vers. 5, ascopa. In eadem Romana correctione jam editio ascopara, que succum utricleam et coriacem significat. In Graeco est δεκάρτον, que à Pollice inter vinaria vasa recensetur. Fuit etiam apud Suetonium in Nerone cap. 43, ascopa; sed Turnebus lib. 25 cap. 2 ascomam in genere feminino repositi, quemadmodum et apud Vitruvium lib. 9, cap. 3, sacomam legimus. Habebant etiam libri antea vers. 5, lapates, dicuntque Rabanus et glossa fuisse cibum ex oleribus confectum. Sed syllabarum esse transpositiōnem ostendit Romanus liber, legendasque pāiathas. Nam Graecē est ταῦτα ιδέας τῶν παῖδων. Perā implievit potentā et pāiathā. Est verò palatha fucorum, pinguiumque cariarum massa, quarum magnus illis in partibus usus. Syria enim habet, inquit Plinius lib. 13, cap. 5, in fucorum genere caricas, et minores ejus generis, quo cottana vocantur. Abigail Davidi ferebat, 1 Reg. 25, vers. 18, ducentas massas cariarum. Egypcio invento dederunt Davidis comites 1 Reg. 30, vers. 12, fragmen massæ cariarum. Davidi ferebat Siba, 2 Regum 16, vers. 1, centum massas palatharum, et vers. 2, uā sint palatha ad vescendum. Davidi afferebat Hebronem, 1 Paralip. 42, vers. 40, farinam, palathas, uām passam.*

Mitram porrò interpretatur vers. 3, Lyranus cucupham. Al cucupha est apud Horapollion lib. 1, cap. 53, avis mira in parentes pietatis, quā aliqui esse putant cioniam, eum tamen idem Horapollio lib. 2, cap. 58, distingue videatur. Verū vocat Lyranus barbarè, muliebre capitū operculum, quod Gallicē dicitur une coiffe, Italice cuffia et scuffia da donna, et fortè scriperat Ille cucupham vel cuffiam. Barbaro tamen omisso nomine, melior interpres D. Hieronymus est in Isaī 5, esse capitū ornamentum.

Extraliola, ibidem sunt armilla. Lilia verò quavis manuum aut collī ornamenti. Nam Graecē sunt εἰ λιθίναι καὶ τὰ φύλακα, vel ut Romanus habet φύλα, pro quo putat in nostro textu non nemo esse lilia quasi pselia, cim tamen etiam certum sit, in vestibus flores quandoque intertextos fuisse, ut ostendit lib. 7, cap. 15, Pollux.

*Sandaliū ibidem erant calceamenta non qualiacunque, sed pulchra et elaborata, divitumque mulierum propria, ut probat lib. 14 Var. lect. cap. 45. Victorius testimonio Cephisodori Comici, qui in Trophonio suo induxit mulierem olim divitem, jam pauperem ita fortunas suas conquerenter: εὐθέλεια τῶν λατταριδῶν, ἵψη τὰ γυναικῶν τάπητας ἀντίκειν τὸν δασμὸν ἡ βεβαίωσις τὸν προβάτιδα. Que namque ante sumptuoso genere calceamentis usū fuerat, postea se tanquam ancilla, peribatidū uit alt. Unde manārunt feminariū illi, quos supra ex D. Hieronymo ad Salvinam protuli, aurati socii, et ex Clemēti lib. 2 Pædag. cap. 41, hoc: *In calceamentis quoque superbae arrogantes feminæ magnam ostendunt molliem. Verò ergo turpia sunt illa sandalia, in quibus sunt aurea veluti donaria, siueque hoc loco, sandallorū vox sumenda. Non tamen alibi semper, ut patet Marc. 6, vers. 9, ubi dominus vult Apostolos sandalii calcatores, Actor. 12, vers. 8, dñm S. Petru alt Angelus; οὐδὲντες οὐδὲντες οὐ. Noster pro sandaliis, calcea te caliginas. Nam vel ea inferiore tantum plantas ab itinerum offenditionibus defendebant, ut ex D. Augustino lib. 2, de consensu Evangelist. cap. 29 et 50, recitabam libello de Apostolis, num. 13, vel communis certe calcei, erant que et οὐδὲντες dicuntur. Iu enī et sandalia à Chaldaicō Thargum appellantur Genes. 14, Isaī 11 Cantic. 7, vers. 4 et alibi, prout in suo Thibī mones Elias, ubi et monet exinde vocatum Rabbiniū quendam Hussandūtar, id est, cal-**

ecolarium. Cur verò, etiamsi Graeca id genus nomina in interprete nostro legantur, carpēdus non sit, attingam lib. 2 Machab. 14.

QUESTIUNCULA III.

Quo secum cibos tulerit? cur et quomodo?

*Quia ad potionem, vel aliquam ciborum conditionem valerent, fuerunt vīnum et oleum. Cibi verò in Latino quadruplices ponuntur. Primus, est potēta, in Graeco δέκτη. Potēta, inquit Ruellius lib. 2, cap. 16: i Graeci αλφita nominant, torrefacti hordei farinam, que nunc tota Gallia sicut criothē vel grī sicuum, quasi torrida et resicata crithē vel ccri vocatur. Venalis et circumfertur spissānis dic carnium jūribus; quanquā et ex avenā et retroridā copit fieri, et eadem nominis amēbage proferri. Ideoq̄ minus convenienter verit hoc loeo Baduelius farinam simpliciter. Quorsum enim et panes secum tulisset? Omnidique monet lib. 2, de Republ. Plato: ex hordeo proprii fieri αλφita, ex frumento aleura. Significant autem hinc farinam, sed illa hordeaceam, hæc triticeam. Alioquin Hebraicum kubai, et Graecum τριπόνερον verit etiam noster potēta, Levit. 25, vers. 14, Josue 5, vers. 11, alibi. Alter, παταλας, de quibus superiore questiuncula, Tertiū, panes. Quartus, casus, et illa in Graeco nullus, et fortassis erit, qui eum textum magis laudet, quia et parum salubris casus dicuntur, et eo Christus Dominus non usus a S. Bernardo tradidit serm. 2 in adventu, de verbis: *Pete tibi signum. e Duo, eait, sunt in lacte ovis, butyrum et caseus. Butyrum pinguis et humidum: caseus e contra, aridus et durus. Benē parvulus noster eligere novit, qui butyrum comedens, casum utique non comedit. Bonis tamen palatis nequaquam Latinī textis despitit casus; quin verò eum in Graeco surreptum non temerè suspicuntur. Nam quid in Graeco pro caseo est? δέκτη καθεξι, panes puri. Sed quin isti? An propositionis panes? At, in templo Hierosolymitano, ii coram Deo propositi erant, neque illi, nisi soli sacerdotibus vesci licet, Matth. 12, vers. 4. An recentes, minimèque mucidi? At pari ratione dixisset vīnum accipisse defecatum, oleum absque amurā, potētam et caricas minime cariosas. Neque enim volebat Judith longum nescio quod iter simulare, ut Gabonite Josue 9, vers. 5. Petros panes dixerit quispiam esse azymos, quid à fermento puri essent. Et sāb̄ posse ita vocari dixi cap. 8, quest. 9, propter illa D. Pauli**

*verba, 1 Corinth. 5, vers. 7: *Expurgate vīnum fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut etis azymi. Al cūm ista faceret Judith, non azymorum jampridem die præterierant? Et eur usitatis quotidianisque Judæis omnibus panes non accepisset? Si circumspiciamus omnia diligenter, fuisse in Graeco invenientur pro ἀρτᾷ καθεξι, δέκτη καὶ τριπόνη, panes et casei, ita ut sit illi textu hac restituenda lectio: *Perā implievit potēta et palathā, et panibus et caseis.* Quām verò sint salubres et quomodo, magis inter omnes penē gentes, que caseo utuntur, quām inter medicos convenit, uti et in epistola quādam medicus agnoscit Langius. Christum verò Dominum caso non usum tantummodo allegoricē illi asserit D. Bernardus. Sequitur enim de ove perdīta, quam Dominus querit: *In hæc ove duo rēperies, natūram dulcem, naturam bonam, et bonam validē, tanquam butyrum, et peccati corruptionem ut caseum. Vide ergo quām optimè puer noster elegit, qui natūram nostram sine illâ peccati corruptionē suscepit.* Nam de peccatoribus legis: *Coagulatum est sicut lac cor eorum, in quibus utique lactis puritatem corrupserat fermentum et multa coagulum iniquitatis.* Alioquin et David 1 Reg. 47, vers. 17, fratribus suorum tribuno immissus à parente feri decem casulos.**

Cur verò istos secum cibos denerit Judith, explicat ipsam cap. 12, vers. 2, sibi videlicet per legem suam, Gentilium cibos esse, non licet, sicut Daniels 4, vers. 8, proposuit Daniel in corde suo, ne pollueretur de mens regis, neque de vivo potis ejus. Solebant enim pollutaria et esculenta plerique, deorum imprecationibus quibusdam contaminari, etiam in macello, ut innot. S. Paulus 1 Corinth. vers. 25, et sequent. Ideoq̄ non suilla tantum cárnes, et quæ alia Judæis vitta erant, ab his apud gentiles cavebantur; sed alia etiam edulæ suspecta erant, idque Theodoretus etiam narrat lib. 5, Hist. cap. 14.

*Modus, quo announsi haic suam tulit, erat vers. 5, ut abr̄a suæ imponebat omnia. Ipsa enim Judith domina erat, et ut apud Assyrios talis jam haberetur, curandū erat. In Graeco dicitur: *Duplicauit omnia vasa sua, et imponuit in ea.* Sed quid, duplicit? Num bina vīni, olei, omniumque jam enumeratorum vasa esse voluit? Num pro duabus, se nimisfrum et abr̄a, illa implevit. Hoc quidem posterius fecit uti*

que, sed hoc proprie non est vasa dupliceare; et etiam si esset, quid exprimere attinuerit? Observandum non esse hic simpliciter *circumferre*, sed *perducere*, quod aliquando est *convolvere*, *circumficere*, ita ut vascula et sacculos bene compositos et convolutos abrae imposuerit, siveque ad urbis portam contendat.

QUESTIUNCULA IV.

Qui ex isto Judith apparatu ad nos fructus?

Principio, ut ad Assyrios debellandos Judith accedit, eam ad pristinum ornatum redire vides, ut intelligas, ad animas tuas divinæque religionis et gloriae hostes, devincendos sive sacrificandos, quedam interdum que jam pridem dimisera, repetenda; et invito etiam toleranda. Velles otium, quietem, meramque tranquillitatem consecrari. At cum his diu multumque magnâ cum molestia congregidem, loquendum, dissundendum. Velles in aliquo te solitudinem abdere, tibi, Deoque soli vacare. At, nisi hereticis obstantibus, eorum consilia dissipes, eorum tabernacula et cunctas in eas, Belialis salus agitur. Velles solos divinarum literarum libros, sanctosque Patres et Christiana pietatis magistros legere, profanos omnes etiam est memorâ procul abjecere, nihil cum illo omnino commercii habere. At etias ista litteras, doctrinasque istas externas postulat, inquit, acutam orationem aspernatur: salutaria, nisi et palato ipsorum grata, omnes expouunt. Quid agas? Quis properat Deum quodam posthabueras non mala, ea propter Deum jam resumenda; et cum res ipsa postulat, omni vel dignitati vel atatis deposita gravitate, ob tuam, aliorumque salutem refugi, recognoscere, penitusque repurascere oportet. Vide D. Hieronymum ad Latam, D. Gregorium lib. 1, epist. 5. Jam Judith ornatus fuit duplex, adhærens et inhærens. Ille corporis lotionem et unctionem, varique generis à capite ad calcem vestes continet; iste pulchritudinem ac venustatem, eamque duplicum, nativam et divinitus jamjam appositam. Nos quoque, quicunque Assyriorum copias delere, tartareum Holoferne jugulare optamus, animos ipsi nostros exomologesi et lacrymis eluamus; suavissimam religionis et sanctimoniorum uiginti obliniamus: nupcialibus charitatis vestibus exornemus; omnes omnino actiones et gestus, interiores et exteriores, à vertice ad plantam usque decro omni componamus et concinnemus. Adsit, quidquid adesse potest naturalis venustatis et elegantiæ, quam à

morum litterarumque magistris didicimus, ex poetarum, rhetorum, philosophorumque olim studiis collegimus; sed omnium maximò, ut sacre nos theologie, divinaque gratiae demissus è celo splendor venustet, à Deo maximoperè preceandum, quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendet. De quibus verbis aliis in capite poste.

Tertio loco, Judith ipsius cibos inture, quales et quantos. Nullas secum carnes et mensuram cupedes fert; sed cibos omnino, iis in locis, plebeios et vulgares, immo et, praeter solas caricas, apud nos etiam vulgarissimos. Quis adeo tenuis rusticus, qui è farinâ quam pultu aliquid, panem et caseum non habeat? non venienti etiam ad se, quilibet horâ, hospiti proponat? Vini verò et olei aliquid sumpserset, ut domine nomen tuetur, et sibi corpus rediceret. Cibi porrò ipsi quā pauci sunt! quā non numerosa ferula! Prater potentiam et panem, qua in forcis jam haud numerantur, caseoli et caricae modicum quid fuit. Et nonne vel egentissimis agricultis, pro caris, pyra, pomâ, nucis et similia complura sunt? Neque verò etsi numero pauci, mole tam ipso multi magnique cibi isti fuerunt, quos, etiam in dierum aliquot annorum, cum canophoro et lecytho, ferre ancilla una potuit, et vetula fortassis erat, Euryclæ Homerica instar. Disces hinc ergo temperantiam et frugalitatem.

Quarto, quando in Assyriorum castra, ut ipsos vel ipsum potius impietatem et vitia deleamus, progreedi statutum, cavendum, ne absque ciborum necessario in dies aliquot viatico progrediamur. Sunt autem cibi isti sacrosancta Eucharistia, quotidiana divinarum rerum meditatio, crebra conscientia discussio, virtutum variarum, charitatis praesertim et humilitatis, exercitatio et soliditas. Notat vero Rabanus, eo ipso, quod abrae onera haec Judith imposuerit, significari, debere viros spirituales, spiritualibus occupationibus districtos aliorum minus occupatorum, minisque spiritualium et doctorum operâ uti ad munia magis corporalia, vitæque hujus sarcinas.

Quinto, à primoribus istis reverentiam erga sanctos homines dicamus. Cum enim tantis ornamentis, tantisque pulchritudine, praeter morem, tam subito, tam mirabilis metamorphosi fulgentem Judith conspicere, stupuerunt ipsi quidem, et valde mirati sunt vers. 7, nihil tamen omnino eam interrogarunt, sicut et Domini discipulis scripsit discipulus

quem ille diligebat, cap. 4, vers. 27: *Mirabantur, quia cum malore loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid queris, aut quid loqueris cum eâ? Ipsum etiam silentum venerationis genus quoddam est.* Job. 21, vers. 5, cap. 29, gen. 9, et in *Aeneid*. 1, quidam virum gravem dum conspicere, silent.

Postremò, pietas omnium, et religio benè hinc spectanda. Primores orant vers. 8, circumstans populus orat etiam, et respondet: Amen, Amen, vers. 9; ipsa denique Judith orat, vers. 10. Pietatis omnia plena sunt, et hodiè in catholicearum urbis primo statim ingressus, veteris pietatis signa exstant, crucis Domini, sanctorumque effigies, ut qui egrediuntur aut ingrediuntur memores semper sint precium ubique fundendarum, earum saltem, quas brevissimas, et raptim quodammodo jaculatas vocat D. Augustinus epist. 121, cap. 10. Tales enim et ista principium, excubantium juvenum (voat enim Græcus *προστάτες*), et Judith ipsius fuerant, earumque usum valde commendat D. Chrysostomus homiliâ de Anna, Cassianus collat. 9, cap. 56. In Græco primorum ita oratio exprimitur: *Deus, Deus patrum nostrorum det te in gratiam* (id est, ut iis, ad quos abis, grata sis, sive gratiam coram iis invenias), *deinde tibi cogitata tua perfice, ad gloriationem filiorum Israel, et exaltationem ipsius Hierusalem.* Judith verò *Προστάτες τῷ Θεῷ, Deum adoravit.* Complutensis de omnibus simul ait: *Προστάτες τῷ Θεῷ, adorárunt Deum.* Et tandem post tot vota, preces et adorationes transit per portas, ipsa et abra ejus. « Ecce, inquit in D. Augustini sermonibus ducentesimis et duodecimis, Judith post preceem et sacrum, et post cinerem ad cultus puellaris reddit. Spes omnium populorum procedit; sollicitos populos redditura securos suâ sapientia consolatur, que promittens victoriam, quam omnis natio mirata, portant sibi paululum cremonis oblicibus, postulat aperiri. Prodit secura, unius puellæ comitata contenta, et hostium securis gressibus properavit in castra. » E quibus verbis, quasi aliud agens

CAPUT XI.

1. Tunc Holofernes dixit ei: *Equo animo esto (1), et noli pavere in corde*

(1) Animadverxit Holofernes, Juditham timenter et pavente, tum quod femina solitudini assuta inter tot milia virorum armatorum et hostium consistere, tum quod conscientia tanti facinoris ejus animum metu

pulsabat, ne forte non succederet, sed res proderetur, et ipsa capitatis periculum adiret. Esto enim, Deo illam animante, spiritus ejus esset intrepidus, caro tamen erat infirma, ac partem mentis inferiorem infirmabat. E quid

CHAPITRE XI.

1. Alors Holoferne lui dit: Ayez bon courage; bannissez de votre cœur toute crainte, pulsabat, ne forte non succederet, sed res proderetur, et ipsa capitatis periculum adiret. Esto enim, Deo illam animante, spiritus ejus esset intrepidus, caro tamen erat infirma, ac partem mentis inferiorem infirmabat. E quid